

Beiband 2

H.I S. 31

[1248—1253].

Abt Konrad IV. von Helmarshausen bekundet die Verwendung einer Stiftung des Bruders Gerungus für das Hospital.

Conradus Dei gratia huius nominis quartus Helmwardensis abbas omnibus huius scripti inspectoribus eternam in Domino salutem. Notum esse volimus universis ecclesie nostre filiis, quod Gerungus confrater

[55]

noster de permisso et consensu nostro quatuor marcas Hermanno tunc hospitalario assignavit, ut aliquantos ex eis compararet agros, quorum redditus hoc modo distribuit. Petivit, ut fieret mandatum pauperum in octava beate Virginis Assumptionis, et triginta pauperes locarentur et sequenti die beati Bartolomei, qui vacans feria est, sollempnis missa de beata Maria ad ordinem dicatur et ipso die servicium fratribus, quanto melius possit, ministretur. Et ne tam bone voluntatis affectus a quoquam in irritum duci possit, presentem paginam conscribi et banno nostro roboratam sigilli nostri impressione fecimus communiri. Huius rei testes sunt Hartmannus decanus, Conradus camerarius, Otto scolasticus, Hermannus cellararius et omnis conventus.

Orig. Siegel ab.

Druck: Pfaff, S. 171, nach Overham V, 218. 1248 war Hermannus noch Hospitalar (s. oben Nr. 54); 1253 erscheint ein Abt Gottfried (Pfaff, S. 171); der von Strunk in Schaten, Annales Paderbornenses III, p. 154 sq angeführte Katalog nennt nach Abt Konrad IV. (1237—1249) Hermann I. zum Jahre 1256; vergl. Zeitschr. 38 II (1880), S. 121.